



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

48. De adventu S. Willibrordi Wiltaburgum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

naruntq; ibi Chilpericus, & Dagobertus Reges qui Ecclesijs illud ornarunt, predicatorum imposuerunt. Ante aduentum Willibrordi iteratò dominabantur Frisij & adhuc illo veniente tenebant, sed iuste nunc tandem antiquo imperio per Pipinum adijcitur. 2. Quia Radbodus infestus regno Francorū, plurima damna & pericula inferebat Frisiā Orientalem ferro & flamma depascebat: aduersarijs Austrasiæ & Franciæ confederabatur, vt Pipino à Francia vim hostilem arcere, pericula auertere, perfidos castigare, damna illata resarcire occupato Wiltaburgo fugatoque Radbodo iure licuerit. 3. Radbodus religionis Christianę pertinax hostis, Ecclesias destruebat, fidem supprimebat. Prædicatorum diuinos irridebat, impediēbat, Paganismum promovebat etiam in ditionibus Francorum; ideoque ad fidei defensionem, propagationem eum exuto Ultraiecto multatæ & potuit & debuit Pipinus.

DISSERTATIO XLVIII.

De aduentu S. Willibrordi Wiltaburgum.

Cum triumpho è Frisij reuertentem Pipinum adit S. Willibrordus propositi sui ad quod in patriam venerat exequendi gratiā. Ille eorum quos armis deuicerat animas quoque lucrari & seruare cupiens (verba sunt Barlandi) Willibrordum quem habebant ea tempora virum Sanctissimum eò misit qui clarissima Evangelici splendoris luce cacatos infidelitate populos illustraret & gentem alioqui indomitam ad veri & vniuersi Dei cultum accenderet. De eodem sic Heda: expulso autem Radbodo ex Traiecto ac citeriori Frisia circa annum 693. Willibrordus illo denuo ad prædicandum remissus proposita edicto Prouincialibus ne quis prædicantibus molestiam inferret.

W 3

Ingens

Ingens vtriusque tam Willibrordi quam Pipini erat Zelus in salutem gentium. Optime agitur cum Princeps politicus & Ecclesiasticus in vnum quisq; pro suo gradu conspirant. Sic factum vt breui sacerdos numerosos animarum manipulos Deo offerret & vicissim Deus vtrumque plurimis accessionibus etiam temporalibus ditaret. Obtinuit etiam ea victoria Pipinus, vt Radbodus, qui victus in interiorem Frisiam fugerat, eiusque populares haud inclementer Willibrordum sociosque de Christo concionantes audirent, filiâ eius Theudesindâ religionem veram professâ Grimoaldo Pipini filio legitimis nuptijs copulatâ, quamquam ipse Rex ad falsa numina eiurandum, Christianam fidem amplectendum, nondum induci potuerit.

DISSERTATIO XLIX.

De constructione oratorij S. Crucis.



VT Wiltaburgum intrauit S. Willibrordus, pro negotij sui promotione, Oratorium, siue sacellum S. Crucis extruxit. De hoc antiquus scriptor Ioannes de Beca, *Igitur electus Deo sacerdos magnam congregationem presbyterorum eligens ad castrum Traiectense peruenit quod in potestate Francorum orientalium eo tempore fuit, ubi prope ruinam primordialis Ecclesia S. Thomae sacrum edificauit in honorem S. Crucis Oratorium in quo renatiui fontis primo consecrauit baptisterium vt Christi fideles ob defensionem castelli traiectensis securum illuc haberent accessum ad suscipiendum sacrum baptismatis sacramentu* De eodem ait Heda, Traiectum redeuntem Willibrordum, ad ruinas Ecclesiae ibidem in Episcopo